PRO
GISMVNDO
BOFFILL V.I.D. ET CIVE
HONORATO BARCINONÆ.
CVM
NOBILI MARIA
DE FERNES ET DE RIALP.
ADDITIO.

1 ALSA causa adjecta legato, vel fideicommisso non vitiat legatum, nec fideicommissum; cum legatum, seu fideicommissum, sit donatio; ad cuius validitatem non requiritur validitas causæ §. *longe magis Inst. de legat.* & ibi: *Inst. l. cum tale §. falsam causam, ff. de condit. & demons.* Paulus Duran. *de condit. part. 3. cap. 2. num. 6. & 7.*

2 Distingunt tamen DD. inter causam finalem, & impulsivam, quod hæc non viciat, illa tamen illud inutile reddit Galganetus *de condit. & demons. part. 2. cap. 4. quæst. 2. num. 1.* Duran. *vbi sup. num. 9.*

3 Tunc dicitur finalis, quando conditionaliter concepta, vel sine illa Testator non esset legatum relicturus, Duran. *dict. num. 9.* tunc verò impulsiva, quando sine ea Testator, legatum relinqueret, & in dubio præsumitur causa impulsiva, & hæres tenetur probare Testatorem aliàs non esse relicturum, Galganetus *loco citato num. 3.* Duran. *num. 13.*

4 Vnde cum causa expressa in fideicommisso relicto à Nob. Eulalia Camps, *quia sic voluit Nobilis Ioannes Camps*

eius maritus. Sit tantum impulsiva , & non finalis, (quamvis foret erronea) non vitiat hoc particulare fideicommissum.

5 Omnem tollit difficultatem D. Ioannes Castillo , Sotomayor. *quotid. cōtro. lib.4. cap.25. num.*40. his verbis : *Sicque causa ipsa respiciens solum favorem legatarij impulsiva dicitur, & non finalis , & non restringit legatum , quin debeatur, etiam si illa deficiat sicuti ex alijs multis Authoribus observarunt, Tiraquel. in tract. cessante causa limit.* 1. *num.* 32. *Simon de Pretis de interpretatione vlt. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *num.* 43. *fol.* 439. *Mantica de conject. vlt. volunt. lib.*6. *tit.* 14. *num.* 14. *cum seqq. Ioannes Cæphalus in consil.*1. *lib.*1. *Leand. Galganetus de condit. & demonst.*2. *part. cap.*4. *quæst.*9. *num.*11. & 12. *fol.* 595. *Latius Cæsar. Barzius d. decis.*79. *ex num.*34. *vsque ad num.* 42. *vbi plenè id comprobat , & num.*37. *post Baldum, & Pratis multum ad propositum nostrum inquit id maxime procedere, quando sumus inter conjunctas personas, (provt in casu nostro sumus) inter quas legatum sua natura ex affectione potius , & ex causa motiva , quam limitativa factum presumitur , & extenditur, atque ampliatur etiam contra proprium verborum sensum , vt per Menoch. lib.*4. *pres.*106. *num.*27. *Surd. in cons.*72. *num. fin. lib.* 1. *&c.*

6 Vnde cum Nobilis Hironyma Boffill fuerit Soror Nobilis Ioannis Camps provt in eius testamento nominatur, & per consequens eius hæres Nepos , vulgo *Nebot* dicti D. Ioannis , fuit hæres dictæ Nobilis Geronimæ conjunctus in tertio gradu affiniatis cum Nobili Eulalia Camps testatrice, & per inde illa causa non fuit finalis ; sed impulsiva legati.

7 Contra supradicta objicitur argumentum , quod scilicet causa finalis dicitur illa quæ apponitur in Procemio , seu præfatione juxta *leg. fin. ff. de heredibus instit.* Menoch. *lib.* 4. *pres.* 24. *num.* 5. & cum in Procemio testamenti Nob. Eulalia Camps expræsserit causam illam : *Volent seguir la voluntat de dit quondam D. Ioan Camps mon marit* , dicendum arguitur hanc causam tamquam finalem reputari.

8 Hoc conjecturale argumentum ex eiusmet doctrinis Adver. convincitur ex eodem Bart. *in leg. demonstratio* §. *quod autem ff. de condit. & demonst.* ibi: *Quod si testator hoc non expressisset, vel causa non esset consanguinitatis , vel affinitatis , tunc recurrendum esset ad conjecturas* : ex quo sequitur ; quod si adest causa consanguinitatis , vel affinitatis (provt in nostro casu,) non est recurrendum ad conjecturas.

9 Magis: non semper causa expressa in Procemio dicitur finalis : ita docet Sebastianus à Medicis *in tract. de legibus, & statutis part.*4. *quæst.*1. *num.*5. *Quarta causa, quę ex Procemio sumitur, sive ex præfatione presumitur finalis glos. & DD. comuniter* .

*ter l.fin.ff.de hered.Instit. lib.*1. *de orig. jur. Ozer. in §.preterea Instit.de militar testam.l.Item quia,§. fin.ff. de pactis leg. cum hi ff.de transact. Quod non procedit ex natura, seu ex vi prefationis, sed ex natura causę expressę in ipsa, in qua regulariter finalis causa ponitur : si enim in præfatione exprimeretur causa impulsiva , utique impulsiva presumetur,* quod etiam docuerunt ex Bart. Panorm. & Tiraquello, Petrus Peralta *ad leg.si quis in principio testamenti de leg.*3.*num.*8. D. Ioannes Castillo Sotomayor 4. *controv.cap.*47. *num.*28.

10 Et quidquid esset , quod causa contenta , seu expressa in Proœmio finalis dignosceretur, *l.fin.ff. de hered. Instit. l.*1.*ff.ad Macedonian. leg.Titia* 137.§.1.*ff.de V.O.*citans ad hoc sexaginta DD. Don Ioannes Castillo Sotomayor *lib.* 4. *controv. cap.*47. Vrceol. *de transact.quest.*8.*num.* 48. D. Ioannes Baptista Valensuela à Velazquez *consil.*119. *à num.*73. tamen DD. & textus , ex quibus dicta regula dimanat , loquuntur de causa expressa in Proœmio, & initio scripturæ instrumenti , seu testamenti , ita vt si est in corpore institutionis , vel stipulationis,non intelligunt DD. quod talis causa sit finalis.

11 Primò,*in leg.fin.ff.de hæred.instit.* ex qua omnes DD. desumunt hanc regulam sic laconice erat conceptum testamentum *: Quia heredes quos volui habere mihi contingere non potui, Novius, Rufus hæres esto.* in quo duæ erant partes; Prima Proœmium in illis verbis : *Quia heredes , quos volui habere , mihi continere non potui.* Secunda institutio, & dispositio in illis verbis : *Novius , Rufus hæres esto.* Sicque causa illa finalis non incerta in corpore institutionis , sed in clausula separata ab ipsa institutione , ipsamque præcedebat.

12 Secundò, *in leg.*1.*ff.ad S.C. Macedon.* (ex quo dictam regulam desumit Surdus *cons.*240.*num.*15.*tom.*2.) causa finalis statuendi Senatus consultum est in initio scripturæ non inserta in corpore dispositionis , sed eam præcedendo , vt in ipsis verbis, (quæ referre omito) clarè perlegetur.

13 Tertiò,*in leg. Titia* 143.§.1.*ff.de V.O.* (quam adducit Ioannes Garcia *de Nobilitate in divisione num.* 64.) hæc verba profert Consultus: *Idem respondit plerumque ea quæ in præfationibus convenisse concipiuntur , etiam in stipulationibus repetita creduntur,* vbi consultus facit distinctionem inter ipsam præfationem , & ipsam stipulationem , signum evidens, quod causa finalis debet esse expressa in Proœmio scripturæ, & non in corpore ipsius stipulationis.

14 Veniamus nunc ad DD. idem sentientes Petrus Peralta *in relect.ad leg.si quis in principio ff.de legat.*3.*num.*82.sic ait: *Quod autem in sæpe allegata , l.fin.comprobata per leg.part. causa in qua Testator fundavit se ipsum pro faciendo secundum*

testamentum post primum, dum dixit, quia hæres, quos voluit habere non potest contingere, &c. fuerit finalis colligitur potissimum ibi secundum omnes DD. infra proximè referendos, quia illa causa fuit apposita in præfatione secundi testamenti *vt ibi dicit text. &c.* & postea : *Quod præfationes causales, quæ præponuntur dispositionibus, sive legalibus, sive statutarijs, sive testamentarijs, sive etiam Codicillaribus designant causam dispositionis finalem.*

15 Didacus Rodriguez de Alvarado *de conjecturat. mente defuncti lib. 4. cap. 4. num. 19. vers. Causales*, sic scribit: *Causales igitur tantum prefationes, & proœmiales finalem causam cuiuscumque dispositionis designant, & non impulsivam, & consequentèr dispositioni, cui PRÆPONVNTVR cohere reedicuntur citat Peralta Bald. ita declarantem in l. 1. col. 3. vers. Oppono de l. nu. 7. Cod. de falsa causa adiecta legato.* Quod de verbo ad verbum transcribit Castillo 4. *controv. cap. 47. num. 29.*

16 Cæsar Barzius *decis. Bononien* 96. *num.* 6. dicit : *Et verba ista non sunt in executivis, sed in instrumenti principio, & proœmio, ex quo colligitur causa finalis, & ratio inductiva, vt supra probatum est.*

17 Vrceolus *de transactionibus quæst.* 8. *num.* 48. sic scribit: *Et huiusmodi causa finalis propter quam partes principalitèr inductæ fuerunt ad transactionem, seu concordiam favendam cognoscitur, & detegitur ex ijs, quæ narrantur in Proœmio, seu præfatione instrumenti à quo tota transactio, sicut corpus ab anima regulatur, ac restringitur, &c.*

18 Hac veridica supposita regula, quod ad hoc vt causa sit finalis requiritur, quod sit expressa in proœmialibus, seu initialibus verbis testamenti inspiciatur testamentum Nob. Eulaliæ Camps in Proœmio, seu Præfatione testamenti, quod nulla inveniuntur verba causam aliquam significantia, nec in Proœmio testamenti dixit Nob. Testatrix se ideo facere testamentum, quia velit adimplere voluntatem Nob. Ioannis Camps eius viri : vnde deficiente expressione causæ in Proœmio testamenti nulla potest dici dari causa finalis.

19 Solum in clausula hæreditaria testamenti inveniuntur hæc verba: *Volent cumplir la voluntat del quondam Don Iuan Camps mon marit*, quæ nullatenus sunt proœmialia, nec testamenti, nec ipsius clausulæ hereditariæ, sed in corpore, & medio ipsius clausulæ hereditariæ inserta, vt ex eius lectura apparet : & quamvis daremus esse proœmialia, talia verba non sunt generalia, & se referentia ad omnem voluntatem testamenti Nob. Ioannis Camps; sed tantum ad liberam, absolutam facultatem, & voluntatem, qua dictus Nobilis Testator dedit vxori suę Nobili Testatrici electionem, seu facul-

cultatem eligendi vnum ex filijs, vt infertur ex clausula vnita in eadem oratione, ibi: *Volent cumplir la voluntat del dit quondam Don Ioan mon marit, y vsant de la facultat per aquell à mi concedida com dalt es dit, &c.* Quibus verbis se refert ad clausulam legati facti Nob. Francisco Camps filio communi, & sic illa verba debent restringi ad casum, & facultatem electionis.

20 Similitèr illa alia verba in nostro legato apposita: *Conforme apar ho insinua lo dit quondam Senyor D. Ioan mon marit ab son vltim, y precalendat testament*, non sunt Procemialia, sed apposita post clausulam legati, & in epilogo illius, vt clarè in testamento præfato videtur: vnde nullatenus talia verba possunt inducere causam finalem, sed solum motivam. Ex quibus igitur verbis Procemialibus potest induci causam nostri legati finalem fuisse?

21 Doctrina tandem Nigri Cyriaci *controv.65.nu.18.* ab adversanti allegata non intelligitur de qualibet credulitate, sed de credulitate in causa finali fundata, vt sic idem Niger *in summ.d.contr.65.n.19.* supponit supposito non fuisse finalem causam nostri legati nihil pro adversanti influit dicta doctrina, sed melius idem Niger pro nobis fœlici influit aura *contr. 146. num.45.* dum dicit: *In proposito autem semper inspicitur an fuerit causa hoc est ocasio donandi, vel conditio hoc est causa finalis, & si fuit ocasio cessat repetitio, secus si cōditio, hoc est tex. in l. 3. ff. de donatio, & in dubio presumitur ocasio, non autē causa finalis glos. vlt. in l. 3. de donatio Ioann. Ant. Bellon, cons. 27. n. 68.*

22 Finaliter ad denotandum, quod illa causa apposita à Testatrice non fuit finalis infertur ex doctissimo Sebastiano de Medicis *d. loco in tractat. de legibus, & statutis par. 4. q. 1. nu. 5.* ibi: *Tertiò, quando lex, vel dispositio est generalior causa, & ratione, tunc enim causa dicetur esse impulsiva, & non finalis Ioann. Ant. cap. quoniam vbi Philip. Francis. de immunitate Eccles. cap. cum Nuntius de testibus Ias. in authent. quas actiones col. 4. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Sed in nostro casu dispositio Nobilis Eulaliæ Camps est generalior causa, & ratione, quia in testamento disposuit de bonis Nobilis sui viri, & de bonis suis proprijs, causa autem, seu ratio solum ad bona viri extendebatur: ergo quia talis causa non fuit finalis, sed impulsiva.

23 Alia etiam ratione convincitur dictam causam non fuisse finalem, quia causa expressa in Procemio, seu præfatione si respicit futura est finalis, si autem respicit præterita est impulsiva Cardinalis Tuscus *tom. 6. concl. 892. n. 105.* ibi: *Declarat, quia ratio Procemij præsumitur finalis, si respicit futura, si præterita presumitur impulsiva*, quem sequitur Castillo 4. *con-*

trov.

trov.cap.47. num. 34. cum igitur in noſtro caſu, ratio illa expreſſa à teſtatrice reſpiciat præterita, vtpote facultatem liberam eligendi conceſſam à Nob. Ioanne Camps, ſequitur quod cauſa fuit impulſiva, & non finalis.

24 Sed quid in hac cauſa finali inſudamus? Cum dicta cauſa appoſita à Nob. Teſtatrice: *Volent cumplir, &c.* Non fuerit erronea: Sic demonſtratur. Nob. Ioannes Camps legagavit in ſuo teſtamento Nob. Hyeronimæ Boffill, ſeu eius hæredi, in caſu quo ſuæ hæreditati ſuccederet aliqua ex filijs Nobilis Albiniæ Sororis dicti Teſtatoris, quod geminata diſpoſitione ratificavit inſuis Codicillis; ſed in hoc eodem caſu Nob. Teſtatrix Eulalia Camps legavit hæredi Nob. Hyeronimæ Boffill, vt ex eius teſtamentaria diſpoſitione conſtat. Ergo talis cauſa legati non fuit falſa, nec erronea. Qui quidem caſus ſucceſſionis, ſeu purificati fideicommiſſi in favorem filiæ Nob. Albiniæ iam evenit: Nam Eulalia Camps Teſtatrix in ſuo præmemorato teſtamento decedentibus Iacobo Franciſco, & Maginæ abſque filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit Nob. Mariam de Erill, & de Pons filiam dictæ Nobilis Albinię, & cum mortuo Nob. Iacobo Sacris ordinibus inſignito præmortuoq; Nob. Magina mortuus ſit Nob. Franciſcus abſque filijs legitimis, & naturalibus, de quibus conſtet, evenit caſus fideicommiſſi, & ſucceſſionis alicuius filiæ Nob. Albiniæ, non obſtante caducatione medij gradus, vt impreſſa allegatione dictum fuit, ſicque etiam evenit cauſa impulſiva, & vera huius particularis fideicommiſſi.

25 Vltra ſuperius ſtabilita, certa regula eſt, quod quando Teſtator vult vti liberalitate, ſeu liberalitatem exercere legãdo, ſeu aliter diſponẽdo, etiam ſi proœmialis, ſive finalis cauſa poſſet dici falſa, tamen ſuſtinetur legatum. Vt terminanter Andreolus *controv.*218. vbi poſtquam *in nu.*26. propoſuit eandem fere objectionem, quæ proponitur, ſic eam *nu.*27. diſſolvit, ibi: *Reſpondetur, quod falſa cauſa etiam cohærens non vitiat, quando conſtat Teſtatorem noluiſſe tantum debitum agnoſcere, ſed etiam voluiſſe, VTI LIBERALITATE, ET LEGARE, tunc enim non obſtante falſitate cauſæ legatum, & diſpoſitio ſuſtinetur, &c.*

26 Applicatur authoritas Andreoli controverſo caſui: Quia ſicuti in eo allegabatur pro falſa cauſa deficientia fideicommiſſi in qua ſe fundavit Teſtator, ita in noſtro caſu allegatur deficientia fideicommiſſi in favorem filiarum Nob. Albiniæ de Pons, in cuius exiſtentia, vt prætenditur ſe fundavit Nob. Teſtatrix: & ſicut in caſu Andreoli dabatur legatum, quod eſt liberalitas, ſeu donatio, ita in noſtro datur legatum, ſeu liberalitas in favorem Nob. Hyeronimæ Boffill, ſeu

eius

eius hæredis:& ficut in cafu Andreoli liberalitas colligebatur ex claufula omni meliori modo (quæ erat altera ex conjecturis, quæ concurrebant in cafu Hyeronimi Gabriellis *tom.* 1.*conf.*132.*q.*2.*à num.*15. in quo fe fundat Andreolus:) ita in noftro cafu liberalitas teftatricis colligitur , ex eo quod non folũ reliquit Nobil. Francifco Camps , bona Nobil. Ioannis Camps eius Patris , fed etiam omnia bona propria ipfius Teftatricis.

27 Tandem animadvertendum eft,quod illa verba: *Conforme apar ho infinua lo dit quondam Senyor Don Ioan mon marit ab dit fon vltim , y precalendat teftament*, in omni cafu debent referri ad fideicommiffum in favorem Nobilis Mariæ de Erill & de Pons filiæ dictæ Nobilis Albiniæ ordinatum in teftamento Nob. Ioannis Camps ex vulgari regula, quod relativum debet referri ad proximum antecedens , & non ad remotum DD. *in leg talis fcriptura ff. de legat.*1. Ludovif. *decif.*473.*num.*8. Fontanell. *decif.*347. *num.*7. & procedit regula in materia fideicommifforum , Peregrin. *de fideicomm. art.* 26. *num.* 107. Fufar. *de fubftit. queft.* 31. *num.* 54. & melius *quæft.*681.*num.*4. Odd. *conf.* 90. *num.*12.

28 Quare falvo femper , &c.

Solanes V.J.D.